



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Principia Juris Canonici : Ex Libro ... Decretalium Gregorii
IX. Pontificis M / Antehac In Alma & Archi-Episcopali
Benedictina Universitate Salisburgensi**

König, Robert

Salisburgi, 1725

VD18 80460526

Approbatio Sac. Facultatis Theologicæ. Ad Lib. IV. Decretal.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61800)

APPROBATIO
SAC. FACULTATIS THEOLOGICÆ

Ad Lib. IV. Decretal.

TRactatus hic de Jure Matrimoniali tam principiis Theologicis, quàm Juridicis omnimoda Conformitate cohæret, nec mirum, quia & illa Sapientia, & hæc Jurisprudencia in unâ sede, Clarissimo Authore, beato semper vinculo solidè commorantur. Nihil hinc in eo regulis aut fidei, aut bonorum morum adversatur, sed omni ex parte immaculatus solidissimâ Doctrinâ commonstrat, quid in Conjugio æquum sit, ut verum eveniat Dictum Magni Doctoris Gentium (a) *honorabile Conubium in omnibus, & thorus Immaculatus*: Æquissimum ergo est, ut, tum pro Judicio, tum pro Directione, undique exoptandus per omnem Christianam Rempublicam mediis typis divulgetur.

Ita censet

P. MAURUS LICHTENHAIMB,
O.S.B. Lib. & Exempt. Monasterii
ad S. Lambertum in Styria Profess.
SS. Theol. Doctor, & fidei Controversiarum Professor Ord. p. t. Sac.
Facult. Theolog. Decanus.

(a) *ad Habr. 13.*